

bricant Ciclopes ut certius figas, et, ut cum Maximo nostro conveniam, asperiorem ex induitiis accipias ultionem? Nichil est: iam non timeris a quoquam, iam sibi Deus quisque est, et aurum quod in archa repositum est, ubi et spem et fidem, ac singula pietatis opera impresisse videntur. Nec prodest ad hec fides Petri, nec scientia Pauli, non doctrina Ambrosii, aut eloquentia Augustini, non denique monumenta alia, que ut plurima sunt, ita prorsus incustodita utique et neglecta. Quantis autem exemplis incitemur ad bonum, quantis persuasionibus invitemur ad rectum nosti tu, pater,
90 qui in his fuisti precipuus indagator. Sed cum exempla placeant, et virtus verbo preferatur ab omnibus, linquentes bona deterioribus inhyamus, ita ut merito illud occurat: laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

Valer. Max.
I. I De religione
C. 3.

Ovid. Fast.
I, 275.

Itaque, pater optime, ne te longis ambagibus distraham, testor Deum ac fidem que michi cum moribus tuis est, ut fastidiens cunta que video, libenter mundi illecebras fugerem, meliorem formam rapturus; sec cum pari ludibrio agitari videam omnia que sub utroque sole sunt posita, et ita orbem terrarum vicia obstruxere, ut nichil tutum appareat, si velimus intueri subtilius, quo fugiam prorsus 100 ignoro, nisi forte dum scopulos vito, Sirtibus expeditat inherere. Vivam igitur, quando aliud fieri nequit; mirator rerum spectabo quicquid lubrica sors versabit. In quibus, si quid novi usquam emerserit (nam novi quicquam non extimo), dulce erit comunicare tecum, quem ut singulare refugium preelegi, quocum disposui fortune motus deludere, ac monitis tuis tollerabile facere quicquid erit. Vale igitur, speculum vite nostre. Et quoniam aliud ad concludendum non video, illam imiteris in publicis, quam in sorte propria quotidie amplexaris. — Ferrarie 18 kalendas decembr. [1355?].

⁸² *Vi. M. L.* recipias. ⁸³ *M. L.* timere. ⁸⁵ nec scientia] *Vi. M. L.* non scientia. ⁹⁵ que] *Vi. M. L.* aggiungono cum. ⁹⁶⁻⁹⁷ *M. L.* capturus. ⁹⁸ *Vi.* posita sunt. ⁹⁹ tutum] *Vi. tuum.* ¹⁰¹ *M.* mirabor. ¹⁰⁶ quoniam] *M. L.* quum. ¹⁰⁸ *L.* manca la data.